Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Siciliæ etc. Dux Burgundiæ etc. Comes Flandriæ et Tyrolis etc. Marchio Burgoniæ et sacri Romani Imperij, obijt anno Domini ~~1507~~ die M.DVII die Dominica proxima ante festum sancti Michaelis Archangeli.

n. 29. Anno Domini MDXI in die sancti Sylvestri Papæ obijt Serenissima Princeps et Domina Domina Blanca Maria Ducissa Mediolanensis, Conthoralis secunda Domini Maximiliani Romanorum Imperatoris electi: de hic in sepultura nona recondita.

Gloriosissimus ac Invictissimus Princeps Dominus Dominus Maximilianus Romanorum Imperator semper Augustus, Vngariæ, Selanoniæ, Dalmatiæ, Crotorum Rex, Archidux Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, et Carniolæ etc. Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Geldriæ etc. Comes Flandriæ, Goritiæ, Tyrolis etc. Obijt in Wells anno MDXIX mense Januario.

n. 30. Subjungit, qui tabulam descripsit Zigelius: legi potuit ex antiqui Characteris, partim male formati, partim deleti in injuria temporum, tabula supra memorata.

n. 31. Placuit hoc loco tabulam ipsam ~~to~~ describere, quia a doctissimis quibusdam viris pro argumento adducta est ad probandum, obitum Alberti ultimi Comitis Tirolensis contigisse anno 1253 die ~~xx~~ XXII Julii; item Patrem eundem fuisse Meinhardi Fundatoris Stamsensis. ~~Loco~~ Albertum ~~qui in hac tabula primo loco ponitur~~ Fundatoris Patrum ~~m~~ Stamsii sepulchrum, ~~ex~~ esse, ex ipsa tabula constat; atque ac Albertum avum, nempe maternum, ejusdem Fundatoris. Alter vero intelligendus ~~fuit~~ ille Alberti, qui primo loco ponitur? ~~Goritiæ esse~~ ~~Conjectura fuit~~ conjectari potest tum ex eo, quod titulus Goritiæ præponitur vocabulo Tirolis; tum ex eo, quod vox Pater ~~certo quidem cognita est~~ a descriptoribus longe facilius legi potuerit pro voce semirasa Patruus, quam pro Avus; tum denique ex eo, quod dies obitus Alberti Goritiani alias nullibi assignata ~~in~~ legitur, Alberti vero Tirolensis obitus a multis ad diem I Septembris refertur.

/ Goritiæ Comitem

n. 32. ~~Attamen Albertum Tirolensem obiisse die XXII Julii, fuadet necrologium Diessense ad XI Kal. Aug. Albertus Comes de Tirol. Hinc eos auctores, qui hunc Calendis Septembri defunctum scripsere, similitudine nominis decepto esse puto, et Albertum potius Goritianum, fundatoris patrem, ~~Eodem die I Septembris obiisse~~~~

Quantum vis autem pro tempore obitus hujus Alberti Tirolensis nihil solidi eruatur: eundem tamen jam anno 1253 obiisse, satis ex Lucerino allatis Chronici Salisburgensis, et Innocentii IV auctoritatibus evincitur. Diem obitus ejusdem extremo Calendas Septembris: quia Auctores hac Add. n. 1. relati ~~facit~~ non tam facile circa diem, quam circa annum decipi potuere; siquidem ad dies emortuales Necrologiis inscribi solent benefici; ubi tamen annus mortis nunquam antiquissime exprimitur. Cui ~~d~~ vero Auctores prædicti mortem Alberti Tirolensis ad annum 1254 retulerint inde factum reor, quod Hundius et Burglechner ~~anno isto~~ divisionem inter ambos affines ~~A~~ anno isto demum mense Septembri factam egerint, indeque Albertum eodem obiisse, conjectari

~~Attamen Albertum Tirolensem obiisse anno 1253 et die XXII Julii, persuadent argumenta superiùs allata. Hinc primum ~~tabula~~ Stamsensis inchoatorem similitudine nominis ~~decept~~ avi ac patrui confusum et deceptum fuisse, puto.~~